

nem autem eius de manu speculatoris requiram. Hinc Grego. homil. 11. in Ezech. in persona prædicatorum ait, Tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & racentes videmus; quia dum increpare delinquentes noverit, eos proculdubio tacendo pastor occidit, inquit idem in epistola ad Venantium episcopum.

Propositio undecima.

Fideles filii ecclesie nõ debent credere nitentibus abducere a Rom. sedis obedientia.

À Romane sedis obedientia vi, docto, & armis trahere nitentibus, fideles ecclesie filii nequaquam debent cedere, sed tanquam inimicis crucis Christi fortiter vsq; ad mortem impertenti repugnare. Quoniam quidem impellenti ad mortale peccatum (quale est obedientia, sedis apostolicæ ex supradictis) nequaquam credendum est, nec propter quemcumq; metum etiam ademptione vite corporalis consentiendum, ut mortale peccatum committatur, per quod anima spiritualiter moritur. Siquidem corpus animæ, vita temporalis perpetua, bonum cõmutabile incommutabile bono non est nullatenus præferendum. Hinc Nicolaus Papa ait. 31. q. 2. Lotharius. Nec etiam occisores corporis sunt timendi contra iustitiam hominẽ impellentes, dicente saluatore nostro Matt. 10. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt. Sicut denique sacerdos debitor est ait Ioannes Chryf. super Mat. 11. q. 3. Noli te vt veritatem, quam audiuit a Deo, libere prædicet. Si laicus, debitor est vt veritatem, quam audiuit a sacerdote probatam, quidem ex scripturis, defendat fiducialiter. Quod si nõ fecerit, prodit veritatem. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Est autem resistendum inuasoribus obedientium, tanquam inimicis crucis Christi, quoniam & euacuare crucis Christi fructum, & impellere ad negandum crucifixum, viribus omnibus elaborant. Qui enim non tã corpus perdere, quam animam in culpe peccati trahere fatagat, quomodo facit

quicumq; ad culpam inobedientie homines impellit, quantum ad hos passionis Christi fructum euacuat, quos magis vult esse filios gehennæ per rebellionẽ, ad quam cogit, quã vite per crucem Christi acquisitæ per iustitiã, quam relinquere cõpellit, qui etiã efficaciter vult antecedens, virtualiter vult & consequens. Sicut qui vnũ dicit, dicit & omne, q; sequitur ex eo. art. 1. q. 3. existimant. Eapropter qui vult hominem in peccato in fine viuere, & ita à sua salute deficere, vult etiam huius salutis precium, sanguinẽ Christi preciosum, iam dudum solum, iam dudum in cruce solum euanescere & frustrari. Rursus quia huiusmodi pertinaces compellunt negare iustitiam, operari iniquitatem, compellunt negare Christum, qui est iustitia, sicut sapientia, sicut veritas, sicut virtus teste apostolo 1. Cor. 1. Factus est nobis à Deo iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Et iterum ibidẽ. Prædicam⁹ Christũ Dei virtutem, & sapientiã. Sane tota ratio in iustitiã, & peccati est inobediẽtia mandatorũ, sicut Amb. testatur in lib. de paradiso. Peccatum est inquit præuaricatio legis diuine, & celestium inobediẽtia mandatorũ. Et Aug. li. de duabus animabus. Peccatum est voluntas consequendi, vel retinendi, quod iustitia vetat, hoc est dictũ, peccatum est velle vetitum. Et lib. 22. contra Faustũ idẽ ait. Peccatum est dictũ, factum, vel concupitum contra legem Dei. Ecce quomodo per inobediẽtiam tanquã per formale suum peccatũ diffinitur. Itaq; recedens ab obedientia, à iustitiã recedit, & per consequens iustitiam negat, factõ ergo negat Christũ, sicut apostolus de illis ait ad Titum. primo. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, de quo & beatus Hierony. dicit 11. questio. tertia existimant. Existimant quidem in eo tantum Deum negare, si in persecutione quis à gentilitate comprehensus, se cõfiteri renuerit christianum esse. Ecce apostol⁹ omnib⁹ q; peruersa sunt factis Deũ asserit negari, Christus sapientia est, iustitia, & veritas, sanctitas, fortitudo